



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

17. Si Episcopus velit cogere Religiosos, illi a. allegant se exe[m]ptos esse, nec Prælatos permittere, vt Reip. illo tempore seruiant, ne infecti cæteros relig. inficia[n]t, an tenea[n]tur obedire ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

patris, tunc enim cum bono publico concurrit etiā bonum spirituale, quod corporali præferri debet.

Dices: Quid si eundē sacerdotem eodē tpe requirant duo Ep̄i, quibus subest, rōne duorū beneficiorū, q̄ tenet ex dispēlatiōe?

R. Pareat utique, si potest, si non potest,

*a Argū. c. fin. de postulat.*

(a) pareat illi in cuius diœcesi moratur, & cui primo obedientiam præstitit, vel illi in cuius diœcesi maius & utilius beneficium habet, hoc. n. postulare videtur ratio, vel si omnia hinc inde sint paria secundū (b) ius, locus erit gratificationi.

*b ff. ad Sillā. senatuscons.*

*l. si qs in gra.*

*¶ si cū omnis*

### Q V Æ S T I O XVII.

*Si Episcopus velit cogere Religiosos illi autem allegent se exemptos esse, nec Prælatos permittere, ut Reipublicæ illo tempore seruiant, ne infecti peste, ceteros religiosos inficiant, an teneantur obedire Episcopo, vel suis Prælati?*

Quæstionis explicatio.

**S**I in conuentu aliquo religiosus vnus peste inficiatur, exponitur totus conuētus contagionis periculo: Idcirco quæritur quid si Ep̄s velit aliquos religiosos cogere ad ministranda sacramēta, Prælati autē aduertēs contagionis periculum nolit permittere excusabuntur nē religiosi hmōi an vero tenebuntur sacra ministrare & Ep̄o parere

*Responsi*



## Responsio

**T**enentur obedire Episcopo propter rationes præcedenti questione allegatas. Neque obest, si dicas illos à iurisdictione Ep̄i exemptos sicut sunt hodie omnes religiosi ordinum mendicantium, quia responderi potest, non esse exemptos à lege charitatis & iustitiæ legalis, rōne cuius regimini Ep̄i in hoc casu subduntur, *quæ n. pro charitate instituta sunt* (inquit (a) S. Bernardus) *non debent contra charitatem militare*: Quin verò illi reliquis sacerdotibus simplicibus videtur magis obligari, tum pp̄ perfectionem status, tum pp̄ beneficia tēporalia, q̄ quotidie à populo recipiunt, vt patet.

Dices: *Priuilegium (b) exemptorum non debet esse inutile.*

R. Nullum in casu præsentis priuilegium esse, neq; priuilegia qualiacunq; illa sint, ad extremam hmōi necessitatem spiritualē se extendere, (c) *cum necessitas legem non hēat.* Et sic casus hic à superiore qui eos ab ordinaria iurisdictione exempt, improuisus & talis, quo indubiè nollet eos contra legem charitatis eximi: Quia tñ non desunt q̄ docēt religiosos non posse ad id ab Ep̄o cogi, vt oīs illo tpe amputet tergiuersatio, prouidenter faciet Ep̄s, si cum Illustmō. & Re-  
mō. Borromeo (d) curet sibi facultatē dari à

a De prac. & dispens. c. 4.

b c. si Papa de primil. li. 6.

c peruenit. De consuet

d Li. de cura pest. c. 10. n. 4. Tapertius 6.



56 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
Serenis, vt Regularium cuiusuis ordinis o-  
pera ministeriue sine vlla mora aut impe-  
dimento superiorum pestilentia tempore  
vti possit, si tamē tempus permittat, & nul-  
lum in mora sit periculum.

Q V Æ S T I O XVIII.

*Deficientibus sacerdotibus indigenis vel Episcopo  
parere negligentibus, vel ex causa quacunq; siue  
iusta siue iniusta se excusantibus, an liceat sacer-  
dotem aliunde aduocatum pecunia condu-  
cere qui peste infectis sacramenta  
ministret.*

Quæstionis explicatio.

**A**Nno Domini 1579. me parochum in  
Ecclesia diui Michaelis Leodii agen-  
te, cum in plerisq; Belgæ locis, & præsertim  
ciuitate & patria Leodien. pestilentia in-  
numeram multitudinem hominum absum-  
meret, pastoresq; in summo vitæ discrimi-  
ne versarentur, provide valde vterq; Ma-  
gistratus sacerdotem foraneum conduxit  
non exigua pecuniæ summa, qui seorsim à  
suis habitaret, & peste infectis sacramenta  
& alia ad salutē necessaria ministraret, da-  
ta pastorib; libertate, vt quisq; pro sua pie-  
tate, zelo, & prudentia, vel per se subditis  
suis ægrotātibus sacramenta conferret, vel  
sacer-